

netur sub mortali, secluso periculo consensus, illam positive cohibere; sed fat est pollutionem pati negative ad illam se habendo, implorando divinum auxilium ne in illam consentiat. num. 74. An pollutionem in somnis evenientem desiderare liceat, & de illa gaudere. Vide tract. 1. n. 58.

## §. II.

*De sodomia, & bestialitate.*

50. Post pollutionem inter peccata contra naturam sequitur sodomia, quæ licet sit peccatum gravius mollitiæ, bestialitate tamen levius est. Sodomia definitur a D. Thom. *Concubitus ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel femine ad feminam.* Tract. 26. cap. 7. num. 76. 77. Accessus femine ad feminam, sive in vase anteriori, sive posteriori est vera sodomia. num. 80. Si vir cognoscat feminam in vase præpostero, non est vera sodomia, sed peccatum contra naturam essentialiter, & specificè ab ea diversum, quod ob defectum nominis, dicitur innaturalis coeundi modus; & hoc est probabilis. num. 82. Si quis masculus supercubans super masculum polluat, secluso animo coeundi cum eo; satis est quod in confessione dicat: alienis tactibus pollutus sum, quia ibi tantum datur malitia pollutionis. num. 85. Probabilis est non esse necessarium in confessione explicare an in peccato sodomie fuerit agens vel patiens. num. 87. Ad essentialitatem sodomie non requiritur seminatio intra vas præpostero, sed tantum ad illius complementum, & ut sit undequaque perfecta. num. 87. Probabilis est, quod omnes coitus sodomitici, sive proprie, sive improprie tales habiti inter consanguineos, vel affines in linea recta, vel transversali, & inter cognatos legales, aut spirituales, induant speciem incestus in omnibus illis gradibus, quos vel natura, vel jus, Ecclesiasticum,

in ordine ad matrimonium prohibet: & omnes isti incestus sodomitici, diversificantur specie inter se, sicut incestus ex copula naturali. n. 92.

51. Sodomia cum persona ligata voto castitatis, contrahit speciem sacrilegii. Si adfit violentia, contrahitur malitia raptus. Sodomia cum femina virgine, non addit novam speciem. Circumstantia matrimonii addit copulæ sodomitice speciem adulterii. Tract. 26. cap. 7. num. 98. 99. 100. Ex copula sodomitica non contrahitur affinitas; ad hoc enim requiritur copula sufficiens, & apta ad generationem prolis; ad contrahendam autem speciem incestus, non requiritur copula ex qua oriatur affinitas, sed sufficit accessus ad personam sanguine conjunctam. num. 103. Sodomia jure divino, & etiam civili pena mortis punitur. num. 104. 106. Jure canonico sæculares sodomitice excommunicari debent, & a fidelium coetu separari: sunt infames: & potest a marito sodomita uxor discedere, sicut ab adultero. Clerici tam sæculares, quam Regulares Sodomitice a Clero sunt deiciendi, omnique officio, dignitate, ac beneficio privandi, & degradati per judicem Ecclesiasticum Potestati sæculari tradendi sunt. num. 107. Ut dicte pœnæ incurrantur, necesse est quod sodomia sit consummata, & perfecta per seminationem intra vas præpostero. Similiter ut dicte criminis reservatio incurratur. num. 109. Clericus bullæ pœnas non incurrit, in probabiliori sententia, per coitum consummatum cum femina in vase præpostero, non enim est vera sodomia. num. 111. Nec talis coitus cadit sub reservatione sodomie, sed tantum sub reservatione peccati contra naturam. Idem dicendum de coitu, quo femina medio aliquo instrumento, aut sine illo semen immittit in vas præpostero pueri succubi. Coitus autem, quo femina medio instrumento, vel sine eo semen immittit in vas naturale, sive præpostero alterius femine, cum sit vera sodomia, comprehenditur sub reservatione peccati contra naturam, tum etiam sodomie. n. 112.

52. Pollutio voluntaria orta ex lasciva cogitatione, aut desiderio turpi, absque ulla exteriori cooperatione, non cadit sub reservatione peccati contra naturam: similiter nec pollutio procurata, & voluta in causa per accidens, bene vero pollutio procurata, & voluta mediante causa per se notabiliter influente. Tract. 26. cap. 7. num. 113. 114. 115. Pœnæ contra sodomitas in Bulla statutæ comprehendunt non solum sodomitas agentes, sed etiam patientes in probabiliori sententia. num. 116. Ad incurrendas prædictas Bullæ pœnas, probabilis est non sufficere unum actum, sed frequentia requiritur. num. 121. Clericus exercens sodomiam, non incurrit ante judicis sententiam, pœnas in Bulla per S. Pium V. statutas, etiamsi sit notorius torietate facti, sed requiritur sententia lætem declarativa criminis. num. 125. Infamatus infamia facti de exercitio sodomitico, non est ipso facto suspensus suspensionis censura, nec incurrit irregularitatem, si perfecta poenitentia, & publicata emendatione celebret: si vero non perfecta poenitentia, vel ea non publicata celebret, sit irregularis, non ratione censura, sed criminis sodomie. Si autem infamatus de sodomia infamia juris celebret, est ipso facto suspensus, & incurrit irregularitatem summo Pontifici reservatam, in qua nec Episcopus, nec Prælati Regularis possunt dispensare. num. 126. Clericus exercens crimen bestialitatis, non incurrit pœnas in præfata Bulla contra sodomitas contentas. nu. 129. Ubi sodomia non est Episcopo relevata, quilibet Confessarius potest ab ea absolvere. num. 133. Crimen sodomie est mixti fori. num. 134. Probabile est, & in praxi tutum, posse Prælatos Regulares Religiosum sodomiam exercentem punire. num. 136. 138. "Copula frigida, & eunuchi est peccatum contra naturam, pertinens ad hanc quartam speciem. Tract. 24. Disp. 6. n. 124.

53. Bestialitas est concubitus cum individuo alterius speciei. Tract. 26. cap. 7. num. 139. Non est opus in confessione

explicare diversitatem speciem animalem, cum quibus quis coivit; quia hæc diversitas non mutat speciem bestialitatis: neque necesse est explicare circumstantiam agentis, vel patientis. num. 140. Congressus cum demone sive succubo, sive incubo est proprie peccatum bestialitatis; & est etiam peccatum superflitionis; & potest insuper plures alias species superinduere, v. g. adultorii, sodomie, fornicationis, &c. pro diversitate forme assumptæ a demone, & juxta affectum peccantis cum eo. nu. 141. Reservata sodomia, non censetur reservata bestialitas, nisi exprimaturnum. 143.

## TRACTATUS VII.

*De septimo, & decimo Decalogi præcepto.*

## PROŒMIUM.

CUM in septimo Decalogi præcepto prohibetur furtum; & quæquædam hæc proximi in bonis temporalibus, quorum jus, dominium, & possessionem ex aliquo justitiæ titulo habet; & in decimo consequenter omnis actus internus desiderii, & complacentiæ: rectus ordo postulat, ut prius de justitia & jure, ac de dominio, & possessione, deinde de furto, & restitutione, ac denique de contractibus, qui sunt materia justitiæ, tractetur.

## CAPUT I.

*De justitia, & jure.*

1. IUS tripliciter sumitur: 1. pro lege statuente quid ex justitia sit cuique tribuendum; de quo actum est. Tract. 1. cap. 4; secundo pro legitima pote-

potestate ad agendum, recipiendum, &c. 3. prout est idem quod iustum, seu æquale. Jus 2. modo sumptum est potestatis legitima ad rem aliquam obinendam, vel in aliquam functionem, vel quasi functionem, cujus violatio injuriam constituit. Dividitur in jus ad rem, & jus in re. Jus ad rem est circa rem aliquam, ad quod res ipsa nondum est devincta; & sic directe, & immediate non tribuit actionem realem, seu in rem, sed tantum personalem, seu in personam: unde si res illa vendatur alteri, manet ei, qui emit; nobis vero datur actio in personam. Jus in re est quando res ipsa devincta est, & tribuit actionem non solum in personam, sed & in ipsam rem, quæ ubicunque sit, illius est, qui in illa jus habet; & quocunque transeat, cum illo onere transit. Jus ad rem acquiritur emptione, donatione, collatione, præsentatione, testamento, &c. Jus in re insuper exigit acceptationem, traditionem, & possessionem. *Tract. 12. cap. 1. num. 2. 3. 4.* Jus tertio modo sumptum dividitur in legale, & morale. Legale pertinet ad justitiam: morale vero ad alias virtutes. *Jus legale est, ad quod solvendum quis lege adstringitur: morale quod debetur ex honestate virtutis.* Jus legale aliud est simpliciter tale, aliud secundum quid. Simpliciter tale tres exigit conditiones: scilicet quod habeat simpliciter rationem debiti legalis: quod servet æqualitatem simpliciter talem: & quod sit simpliciter ad alterum. Objectum formale justitiæ est jus tertio modo sumptum, seu secundum quod dicitur iustum, & æquale. Materia remota sunt res quæ commutantur, vel distribuuntur: materia proxima, seu id circa quod justitia versatur, sunt actiones exteriores, quibus res commutantur, &c. num. 5. &c.

2. Justitia dupliciter sumitur: primo pro collectione omnium virtutum: 2. pro virtute particulari, de qua hic loquimur, & sic definitur: *Justitia est habitus, secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate, jus suum cuique tribuit*

*ad æqualitatem.* *Tract. 12. cap. 1. num. 8. 9.* Divisione generis in species dividitur in commutativam, distributivam, & legalem. Prima est partis ad partem: secunda totius ad partem: tertia partis ad totum. num. 14. *Justitia legalis est, qua partes communitatis perfecte ordinantur ad iustum boni communis.* num. 15. Est virtus specialis ab aliis distincta, num. 18. Etiam inter totum, & partem, ut inter civitatem, & civem potest dari justitia commutativa; & tunc Civitas, seu communitas consideratur non ut totum, sed ut pars. num. 19. *Justitia legalis non est proprie & rigore justitia.* num. 20. *Justitia distributiva est, qua bona communia distribuuntur inter partes communitatis, secundum proportionem meritorum.* *Justitia commutativa est, qua redditur unicuique res propria, secundum æqualitatem rei redditæ ad rem debitam in commutationibus.* In justitia distributiva attenditur proportio geometrica, seu proportionalitas: ut si distribuendum sit præmium ut sex, inter Petrum, & Paulum; & Petrus habeat meritum ut 12. Paulus vero ut 8. dabis Petro 4. Paulo vero 2. eadem enim est proportio inter 4. & 2. ac inter 12. & 8. At in justitia commutativa servari debet proportio arithmetica, ita quod si debes 20. reddas 20. num. 22. 23. 24.

3. Ad justitiam commutativam pertinet etiam justitia vindicativa, quæ prout in offenso petente vindictam, non est virtus: prout in iudice vero, est virtus, quæ Superior subditum condigna pena pro delictis punit: *Tract. 21. cap. 1. num. 25. 26.* Justitia distributiva specificè distinguitur a commutativa, multoties tamen, immo fere semper cum commutativa conjungitur. num. 28. 30. Justitia distributiva non est proprie, & rigore virtus, nisi quando cum commutativa conjungitur; ideoque sola commutativa nude sumpta est proprie, & rigore justitia, num. 32. Justitia virtuti nullum aliud adversatur vitium, nisi injustitia, quæ sicut & justitia, in plures species dividitur. Justitia legalis oppo-

ponitur injustitia legalis, seu legum relaxatio: justitiæ distributive opponitur acceptio personarum: justitiæ commutativæ contrariantur omnia, per quæ inferatur proximo nocumentum, sive in vita, sive in fama, sive in bonis temporalibus. *Injustitia est habitus, quo aliquis volens inferre inæquale, contra jus alterius volens.* Ad hoc ut actus, quo alteri damnum inferatur, sit actus injustitiæ formaliter talis, non sufficit quod ex libidine, passione, ira, avaritia, &c. inferatur scienter nocumentum, sed requiritur quod procedat ex affectu, & animo inferendi nocumentum, seu ex motivo formali injustitiæ; & hujusmodi tantum actibus generatur habitus injustitiæ. Injustitia est ex genere suo peccatum mortale. n. 37. 38. 40. 42.

## CAPUT II.

*De dominio, & possessione.*

## §. I.

*De dominio & possessionis natura.*

4. CUM actus proprius justitiæ commutativæ sit restitutio, cujus fundamentum est dominium, & possessio: Sciendum est, quod a natura nullus rerum temporalium dominus est; sed omne dominium ex rerum divisione manavit; quæ divisio quamvis licita, & necessaria, attenta hominum conditione, & fragilitate, non tamen ex jure divino, aut naturali, sed ex jure gentium, quod nihil aliud est quam communis consensus, facta est. *Tract. 12. cap. 2. num. 1. 2. 4. 7.* Jure gentium non omnium rerum divisio facta est, sed plura communia pro omnibus remanserunt, ut plateæ, viæ, mare, aer, feræ, &c. num. 8. *Dominium est facultas utendi re, in omnes usus lege permisso.* Dividitur in dominium proprietatis, & dominium jurisdictionis. *Dominium jurisdictionis est quod habent supe-*

riores ad regendum, judicandum: & puniendum subditos; quod subdividitur in Ecclesiasticum, & civile num. 9. *Dominium proprietatis est facultas utendi re, ut propria, quoad omnes usus, lege permisso, in suam commodum.* Et hoc proprie, & rigore dominium est; & dividitur in Supernaturale, ut dominium gratiæ, gloriæ, & cæterorum bonorum supernaturalium: naturale, quod a natura convenit, ut dominium hereditatis paternæ: Ecclesiasticum, quod habetur in beneficiis, &c. civile quod per præscriptionem jure civili com d t. num. 10.

5. Majoratum possidens dominium illius perfectum habet, & est ejus proprietarius: sic pupillus respectu suorum bonorum: uxor vivente adhuc marito respectu dotis; licet eis per legem prohibeatur alienatio. *Tract. 12. cap. 2. num. 12.* Dominium proprietatis dividitur in plenum, seu perfectum: & semiplenum, seu imperfectum. Dominium plenum est, quando dominus non solum habet rei proprietatem, quod dicitur dominium directum; sed etiam jus ad commoda, & fructus rei, quod est dominium utile. Semiplenum aliud est tale ex parte subjecti, aliud ex parte objecti. Ex parte objecti dominium semiplenum est, quando in uno datur dominium directum, seu proprietatem, in alio vero dominium utile: ex parte autem subjecti, quando licet aliquis habeat dominium, tam quoad proprietatem, quam quoad fructus in re tota; habet tamen in tali dominio consortem. num. 14. Translatio domini est transmissio rei ab eo qui legitime possidet, in alterum, qui legitime esse dominus, quod fit tradendo rem, vel titulum illius, qui est basis domini. num. 15. Hujus translationis triplex est causa: Voluntas divina: voluntas humana dominium habentis: & voluntas Principis. n. 16.

6. *Dominium utile, seu usus fructus est jus utendi, & fruendi alienare, facta ejus substantia.* *Tract. 12. cap. 2. num. 18.* Fructus gregis sunt lana, lac, fetus: fructus fundi sunt fenum, segetes, omnes plan-

plantæ caduæ, &c. Foetus ancillæ non computantur in fructibus, propter dignitatem humanæ naturæ. num. 19. Usufructuarius tenetur conservare rei substantiam; gregis alia capita; loco mortuorum substituere; & omnia damna ex propria negligentia provenientia reparare; non vero si casu v. g. gelu, grandine quod pereat, aut a latronibus diripiatur. num. 20. *Usus nudus est jus utendi re aliena ad proprium tantum, non ad alienum commodum, salva rei substantia.* Ut est v. g. usus domus, servi, equi &c. num. 21. In iis rebus, quæ usu non consumuntur, certissimum est, usum diversum esse, & separabile a dominio: idem dicendum de rebus, quæ licet usu consumantur, non tamen uno, aut altero actu, ut sunt libri, vestes, &c. Idem etiam dicendum de rebus quæ unico actu consumuntur, si loquamur de usu secundario; ut est usus pecuniæ, cibi &c. ad ostentationem: non vero de usu primario. nu. 22. In communi sententia etiam usus primarius rerum, quæ unico actu consumuntur, ut sunt cibis, potus, &c. est distinctus, & separabilis a dominio, & de facto separatur in Ordine Minorum. num. 24.

7. Usus juris non distinguitur a dominio utili, & est irrevocabilis, & perfectus; bene vero usus facti, qui imperfectus est, & revocabilis, quem habet convivæ in cibis sibi appostos. Tract. 12. cap. 2. num. 25. 26. Valde similes usufructus, & usus, de quibus supra, sunt Feudum, & Emphyteus: nam Feudum est concessio rei immobilis cum translatione utilis domini, retento directo dominio apud proprietarium, cum onere fidelitatis & obsequii personalis exhibendi. Emphyteus est contractus, quo res immobilis alicui fruenda traditur, vel ad perpetuum, vel ad vitam alicuius, vel ad tempus, non minus decennio, sub obligatione personis, domino proprietario solvendæ, in recognitionem domini directi. Distinguitur ab usu fructu, quia hic etiam in rebus mobilibus reperitur; Emphyteus vero in immobilibus tantum;

usufructus morte usufructuarii finitur; Emphyteus autem morte Emphyteutæ non finitur: usufructus non potest simpliciter transferri in alium; bene vero Emphyteus, admonito tamen domino directo, ut ipse præferat aliis si velit emere. Potent autem Emphyteuta rem locare per decennium, non requisito domino directo. In hoc differt Feudum ab Emphyteusi, quod in Feudo constituitur pensio personalis, in Emphyteusi vero pensio realis. Tract. 12. cap. 2. n. 27. 28.

8. Possessio alia est facti, alia juris. *Possessio facti, seu actus possidendi est rei corporalis detentio corporis, & animi, jurisque administratio.* Sufficit autem quod quis possitive non resistat. Tract. 12. cap. 2. num. 29. *Possessio juris est jus inveniendi alicui rei, tanquam sue, non prohibe possideri.* num. 30. Possessio duplex est civilis, & naturalis. Civilis est, qua res solo animo possidetur, absente domino corporaliter. Naturalis est, quæ habetur modo naturali, non expectato favore legis, per corporalem existentiam in domo, vel fundo, aut prope eam. num. 31. Tripliciter acquiritur possessio: apprehensione vera: apprehensione ficta: & apprehensione civilissima. Vera apprehensio est cum fundum, domum, rem corporaliter apprehendimus; & hæc semper requiritur quando incipimus possidere rem, quæ nullus erat domini: ficta est, cum rem ab antiquo domino accipimus per traditionem clavium, scripturæ, instrumenti, vel cum consensu domini, ponendo custodiam nomine proprio: civilissima est, quæ sola legis dispositione fit. num. 32. Possessionis privilegia præcipua sunt quatuor: 1. Quod possessio; (si sit bonæ fidei,) parit præscriptionem, & media præscriptione dominium: 2. Quod in dubiis circa rei dominium, melior est conditio possidentis; & pro eo in pari casu iudicandum est: 3. Quod possessori non incumbit probare in iudicio rei dominium: 4. Quod possessor potest armis cum moderamine inculpate tutelæ suam possessionem tueri; hoc autem extenditur solum

solum ad ea, quæ actu possidemus, non vero ad illa, quæ possidere speramus etiam supposito jure ad rem. nu. 33.

9. Possessio rerum mobilium deperditur: 1. voluntate sola possessoris, signo aliquo exterius manifestata, addito quoad pupillos, & furiosos, Tutoris, & Curatoris consensu: 2. Per furtum aut rapinam alterius: 3. Per amissionem ipsius rei v. g. crumenæ, auri, &c. & animalium per fugam eorum, nisi sint ex iis, quæ de facili solent redire. Possessio servi per fugam non amittitur. Rerum immobilium possessio deperditur: 1. Si possessor longo tempore ablit, nec per alium rei insistat, nec protestationem faciat, se nolle amittere possessionem. 2. Si ab alio rem occupari videat, & negligat; aut occupatam inveniens recuperare negligat, vel repellatur, & obfistere non audeat, 3. Si res ita sit ab alio occupata, ut non sit probabilis ejus recuperatio. 4. Per longam oblivionem, vel si nesciat rem esse suam, vel eam inter sua bona non computet. Tract. 12. cap. 2. num. 35. Potest manere dominium, rei deperdita possessione. Regulariter abique possessione & apprehensione rei vera vel ficta, non comparatur dominium: ex juris tamen dispositione plures dantur casus, in quibus dominium acquiritur sine illis: ut cum aliquid venditur, vel donatur Ecclesiis, Hospitalibus, monasteriis, ad captivos redimendos, vel ad alia opera pia. Item in beneficiis: in quibus acquiritur jus in re, & dominium per collationem, & acceptationem. Similiter in hereditate, & legato. nu. 36.

## §. II.

*Qui; & quarum rerum dominium habere possint.*

10. Irrationabilia non possunt habere dominium. Omnes homines etiam peccatores, & infideles; immo etiam pueri ante usum rationis, & perpetuo amentes sunt domini capaces. Tract. 12. cap. 2. nu. 37. 38. 39. Omnes res sub-

lunares sub dominio hominis cadere possunt. nu. 40. Unius tantum creature (sublunaris; nimirum alterius hominis homo, jure nature non habet dominium; quia a natura omnes sunt sui jure: tamen gentium introductum est, quod qui capiuntur in bello in servitum redigantur. Non tamen habet dominus in servum dominium absolutissimum, sicut in equum ad omnes usus; & sic nequit eum mutilare, occidere, aut lædere. num. 40. 41. Nullus præter Deum habet dominium super vitam, aut membra hominis; & ideo nec ipse homo est dominus, sed cultus vitae suæ. nu. 42. Homo honoris sui, & famæ dominus est, & de illis ut vere dominus disponere potest, dummodo famæ propriæ, aut honoris dispendium in alterius damnum non redundet. num. 43. 44. Peccare tamen contra charitatem erga seipsum, si sine gravi causa, propalando crimen commissum, se infamaret. num. 45. Homo verum dominium habet suorum bonorum spiritualium, tam interiorum quam exteriorum: per interiora bona intelliguntur dona gratiæ, & virtutes infusæ; per exteriora, illa, quæ sunt spiritualibus annexa, ut beneficia, officia, &c. num. 46.

11. Ex animalibus aliqua sunt ex natura sua domestica, & mansueta, ut equi, gallinæ, oves, &c. aliqua ex natura sua sylvestris, & ferina, ut Lepores, Perdices, Cervi, & omnes pices; aliqua partim ferina, & partim domestica, ut Anseres, Columbi, Cuculi, &c. Ex iis quæ sunt ferina, natura sua, aliqua per humanam industriam mansuescunt, & circurantur, ut Accipitres, Cervi; Apes in alveariis reservatæ; pices in stagnis dominorum occlusi. Aliqua ex natura sua domestica, suæ libertati relicta, ferina fiunt, ut sues, capræ, &c. Tract. 12. cap. 2. num. 48. Animalia ex natura sua domestica habent proprium dominium, & a nemine capi possunt; & si contingat a fera capi, vel occidi, quidquid ex illis remanet, domini est. num. 49. Animalia industria humana mansuetandiu

randiu sui domini sunt, quamdiu ea sub sua potestate habet: Quod si fugiant, ita quod prudentum iudicio nulla sit spes reverſionis, aut ea capiendi, suam libertatem recuperasse censentur, & facta esse communia. Ferina ex natura sua ab omnibus licite capi possunt, etiam in alieno fundo, jus tamen impediendi habet dominus fundi, ne quis intret ad venandum. num. 50. 51. Ferræ intra septa existentes, ita ut egredi non valeant, vel ibi reverti soleant, a nemine licite capi possunt; & qui eas coeperit, ad restitutionem, & reparationem damnorum tenetur, & peccat contra iustitiam, juxta gravitatem materie. num. 52. Si dominus animalia illa a se capta in vallo loco includat, ubi non sit facilis eorum captura, primi capientis erunt; quia hoc ipso quod terminum reclusionis in larum concesserit, libertatem donasse videtur. num. 53. Si ille qui feram vulneravit, laqueo comprehendit, vel insecutus est, non habuit moralem certitudinem illam capiendi, quia laqueum evadere poterat, aut vulnerata se abscondere, aut insecuta fugere, & liberari, illius erit qui eam coeperit. Similiter in dubio. Quod si talem habuerit certitudinem moralem ejus erit, qui eam vulneravit, insecutus est &c. Vulneranti, illaqueanti, insequenti, ( si is fuit in causa quod ab alio caperetur, aliis non capturo, ) in parte ad iudicandam est. n. 54.

12. Optime potest Respublica, vel Princeps venationem, aucupium, piscationem certis temporibus, locis, vel instrumentis faciendas iuxta de causa prohibere. Tract. 12. cap. 2. num. 55. Potest Princeps, vel alius quicumque in locis ubi privative dominium habet, venationem, aut piscationem prohibere, sibi que reservare. num. 56. Insuper potest Princeps sibi reservare piscationem, vel aucupium etiam in locis communibus, sub dominio alicujus particularis Civitatis, aut villæ existentibus: debet tamen tale gravamen compensare aliquo modo; & insuper cavere, ne illa animalia nimis multiplicentur, & da-

mmum inferant; nec contra edictum ibi venantibus poterit poenam corporalem imponere, nimirum capitis, mutilationis, flagellationis, sed pecuniariam, vel exilii, ex eo carceris. num. 57. Venantes &c. in locis reservatis, vel tempore venito non peccant mortaliter, nisi damnum grave inferant, & magnum stragem, & devastationem faciant: nec tenentur ad restitutionem animalium, sed tantum ad refarciendum grave damnum illatum. num. 61. Peccant mortaliter ex genere suo, qui in prædio circumsepto alicujus domini feram caput, & illam restituere tenetur, & damna reparare: secus si in magno campo, vel amplo prædio, & sine notabili damno. num. 62. Peccant mortaliter, & damna refarcienda tenentur, qui venationi vacantes equis, canibus, vel pedibus fata conculcant, segetes sternunt &c., nisi damnum sit modicum, & aliis beneficiis compensatum. n. 63.

13. Venatio frequens, & clamorosa, hoc est cum strepitu canum, & armorum Religiosis, & Clericis quibuscunque prohibita est sub mortali, maxime si sit cum scandalo, aut dispendio bonorum Ecclesiasticorum in alendis canibus &c. Tract. 12. cap. 2. num. 64. Piscatio, & venatio diebus festis, si fiat ex officio, aut conductione lucri causa, aut sit causa non audiendi Sacrum, vel non jejunandi, vel cum scandalo est peccatum mortale: secus si his præcis, recreationis causa fiat. num. 65. Columbaria licita sunt. Quamvis in columbariis ea semina apponere liceat, quæ columbarum sustentationi aptiora sunt; tamen dosis, & artificis alienas columbas attrahere, est peccatum mortale: Ad alicubi moris est, licere omni arte columbas attrahere. num. 66. 67. Columbarum, quæ a Dominis particularibus demerunt in columbariis, illicitum est aucupium, usque dum Columbarium deseruisse constet; & eas capiens ad restitutionem tenetur. num. 68.

14. Ex jure gentium dominium pastuorum, & Sylvarum adjudicandum est populo, cui sunt vicina: poterit tamen aliis

aliis populis, vel particularibus personis venditione, locatione, donatione, vel aliis titulis convenire. Non tamen iudicandum est aliquem talium habere dominium, ex eo quod civilem, aut minimalem in populum jurisdictionem habeat: quia nisi aliquo titulo alicui particulari adjudicentur, semper sub dominio populi perisunt. Tract. 12. cap. 2. num. 69. Potest Respublica vel Princeps prohibere passionem, vel signationem in pasco, vel Sylva communi, & extraneis, & suis propriis civibus sub certis poenis, & secundum certam mensuram; scilicet ne tali tempore, vel loco pasto, aut lignatio fiat; ne talia ligna abscondantur, aut ne talis quantitas excedatur: in totum autem prohibere non potest. num. 71. At in dictis locis contra talem prohibitionem pasceri, vel lignare, fructusque colligere, non erit mortale peccatum, nec inde obligatio restitutionis confertur, nisi per hæc magnum damnum communitati inferatur. Idem dicendum de pascentibus, vel cadentibus in locis populi, vel communitatis finitimæ, quia censentur sibi invicem condonare, sola pena luenda contenti. n. 72. Qui pascit, vel ligna colligit in locis alicujus privati domini, vel territorio non vicinis, vel in loco suæ Reipublicæ locato alteri, peccat mortaliter pro gravitate materie, & ad restitutionem, damnorumque reparationem tenetur, nisi alicubi vigeat consuetudo in contrarium, quod soli poenæ, subjaceat. Ceterum major quantitas requiritur ad culpam mortalem in locis communibus, quam in locis particularium; & similiter major in majoribus sylvis vel prædiis, quam in minoribus. n. 73-74.

15. Res quæ nunquam fuerunt alicujus domini, sunt primi occupantis ex jure communi. Possunt tamen Principes terrarum, in quibus istæ res v. g. gemmæ &c. recuperant, iustas condere leges hæc occupare prohibentes, nisi sub quibusdam conditionibus; sed leges solum vetant talia ex industria querere, non vero sortuito inventa reservare: & quia poenales sunt, solum obligant talia

restituere, vel manifestare post iudicis sententiam. Tract. 12. cap. 2. num. 76. Bona adeptota, scilicet quæ habentur pro derelictis, sunt primi occupantis. Habentur autem pro derelictis, quando ex signis, & circumstantiis colligitur nolle dominum ea amplius inter sua bona computare. num. 77. Bona naufragantium, quæ in littore, vel in mari reperuntur, adeptota non sunt, & peccat mortaliter, ac ad restitutionem tenetur, qui ea sibi usurpat: leges autem, si quæ in contrarium sunt, iniquæ sunt. In Bulla Cœne excommunicantium furipientes Christianorum naufragantium bona in littore inventa, animo ea sibi retinendi; si enim id fiat animo dominum querendi, equè reddendi, nec peccant, nec excommunicationem incurrun: & si venisimile sit, dominum non reverfurum, nec detur qui ejus nomine illa querat, pro derelictis habentur, & ea sibi applicare possunt. Idem dicendum de bonis, quæ propter incendium, vel aliud periculum projiciuntur, etiam si in parte vel in toto peritura fuissent, nisi tu ea salvares; quæ omnia restituere teneris, deducto pretio tui periculi, laboris, vel industria. num. 78. 79. Quæ vi fluminis, vel inundationis aportantur, ex circumstantiis iudicandum est, an pro derelictis habenda sint; & si prudentis arbitrio iudicetur iuste velle dominum ea sibi restitui, omnino restituenda sunt, deducto pretio pro labore, industria, & periculo. n. 80.

16. Bona vacantia, scilicet ea quæ quis moriens ab intestato relinquit, nullo invento, qui jure hereditatis ea sibi vindicare possit, Fisco applicantur: exceptis bonis peregrinorum; quia hæc per Episcopum loci, in quo decedit ea relinquens, hæredibus, si fieri potest, tradenda sunt; vel; in pias causas eroganda. Tract. 12. cap. 2. nu. 81. Furtum committit qui rem alienam inventam sibi reservat; & ideo qui rem perdit, v. gr. vestem, anulum, crumenam cum nummis &c. invenit, tenetur adhibere omnem diligentiam ad inquirendum dominum, majorem vel minorem pro rei

exigentia, nec potest aliquam recompenlationem exigere, sed tantum gratis oblatam recipere; poterit tamen inventor expensas factas in re custodienda petere, & donec a domino solvantur, rem inventam ut pignus retinere. num. 82. 83. Probabilis est quod si adhibita diligentia rei inventæ dominus non inveniatur, non possit inventor rem sibi retinere; sed eam debet inter pauperes distribuere, aut piis operibus applicare. Si spes detur quod dominus compareat, & res, vel ejus pretium servari possit, retineri debet, & non inter pauperes distribui. Si domino non comparent, inventor nullam compositionem accipiat, rem sibi poterit retinere. Si ipse inventor sit pauper, poterit rem inventam, vel in toto, vel in parte sibi applicare, secundum arbitrium Confessarii, vel viri docti, vel etiam per seipsum, cessante periculo fraudis. Si post legitimam distributionem rei, vel ejus consumptionem bona fide, sequendo sententiam probabilem, dominus compareat, nihil illi restituere tenetur. Si tamen res adhuc in sua specie extet, vel in æquivalenti, domino comparente, eam reddere tenetur, vel id in quo factus est ditior; nisi legitime præscripserit. num. 86. Pauperes non tenentur, bona inter eos legitime distributa, domino comparenti restituere, etiam si ea in propria specie habeant, vel æquivalenter, quia in elemosinam receperunt ex domini voluntate præsumpta. num. 87. Idem dicendum & de animalibus inventis. n. 88.

17. *Theſaurus improbitate acceptus est depositio pecunie, quam quis lucri gratia, vel metus, vel custodiæ sub terra condidit.* Hic autem theſaurus cum habeat verum dominum, illi restituendus est a quocunque inventiatur. Tract. 12. cap. 2. num. 89. *Theſaurus proprie dictus est vetus depositio pecunie, vel alterius rei pretiosæ, cujus depositionis non extat memoria, ita ut dominum non habeat;* num. 90. Theſaurus jure naturæ totus est inventor. Jure positivo Theſaurus, arte Magica inventus, totus Filco adjudica-

tur. Si dominus fundi non fuit in causa, ut per artem magicam inveniretur probabile est non debere privari ea parte, quæ secundum leges ei debetur. num. 91. *Theſaurus (abique arte magica, ) casu, vel industria inventus in proprio fundo, totus inventori acquiritur, jure communi.* Si in alieno fundo, casu invenitur, media pars adjudicatur domino fundi, & media inventori; at si ex industria in alieno fundo invenitur, totus domino adjudicatur, expectata tamen in hoc casu judicis sententia, quoad obligationem reddendi totum. num. 92. Qui sciens in alieno fundo theſaurum esse, hanc notitiam domino celans, ex ejus contentu illum quæſivit, & invenit, totum tenetur reddere, didimidum quidem ante, & didimidum post judicis sententiam. Si vero sub dubio tantum, vel conjectura consensus obtinuit; tunc præter damnum in effodiendo, (nisi aliud in pactum deduxerit,) nihil reddere tenetur. num. 94. Si quis sciens in alieno fundo theſaurum esse, fundum emat, totum sibi theſaurum acquirit; nec tenetur domino fundi hoc manifestare, aut pretium augere. num. 95. Dominus fundi, in quo theſaurus est, cui vel totus, vel didimidum debetur, est dominus proprietatis, non vero dominus jurisdictionis. Quare si in via, platea, vel alio loco publico, casu, vel industria theſaurus invenitur, totus est inventoris, non vero domini jurisdictionem habentis. num. 96. Ad usufructuarium nihil theſauri ab alio inventi debetur. Si unus sit dominus fundi directus, alius vero feudatarius, vel emphyteuta, id quod ad dominum spectat, inter eos dividendum erit. n. 97.

## §. III.

*Qualiter præſcriptione acquiratur dominium.*

18. *Præſcriptio, & ulucapio idem sunt. Ulucapio, seu præſcriptio, de qua hic loquimur, est acquisitio domini, & juris alieni peremptio cum continuatione possessionis.*

*ſionis, tempore a lege præſcripto.* Tract. 12. cap. 2. num. 99. Ad præſcriptionem quatuor requiruntur. Possessio, titulus, bona fides, & continuatio possessionis. Sine possessione præſcriptio non procedit, requiritur autem possessio civilis, vel mixta ex naturali, & civili; nam sola naturalis non sufficit. num. 101. Hinc fit loca sacra, decimas, & jurisdictionem spiritualem, & media inventori; at si ex industria in alieno fundo invenitur, totus domino adjudicatur, expectata tamen in hoc casu judicis sententia, quoad obligationem reddendi totum. num. 92. Qui sciens in alieno fundo theſaurum esse, hanc notitiam domino celans, ex ejus contentu illum quæſivit, & invenit, totum tenetur reddere, didimidum quidem ante, & didimidum post judicis sententiam. Si vero sub dubio tantum, vel conjectura consensus obtinuit; tunc præter damnum in effodiendo, (nisi aliud in pactum deduxerit,) nihil reddere tenetur. num. 94. Si quis sciens in alieno fundo theſaurum esse, fundum emat, totum sibi theſaurum acquirit; nec tenetur domino fundi hoc manifestare, aut pretium augere. num. 95. Dominus fundi, in quo theſaurus est, cui vel totus, vel didimidum debetur, est dominus proprietatis, non vero dominus jurisdictionis. Quare si in via, platea, vel alio loco publico, casu, vel industria theſaurus invenitur, totus est inventoris, non vero domini jurisdictionem habentis. num. 96. Ad usufructuarium nihil theſauri ab alio inventi debetur. Si unus sit dominus fundi directus, alius vero feudatarius, vel emphyteuta, id quod ad dominum spectat, inter eos dividendum erit. n. 97.

19. Ad præſcriptionem, quæ fit tempore ordinario requiritur etiam titulus, saltem probabiliter præsumptus v.g. venditionis, donationis, successione, aut legati: ad præſcriptionem vero, quæ fit tempore longiori, vel longissimo scilicet 30. vel 100. annorum, non requiritur titulus. Tract. 12. cap. 2. num. 103. Ad præſcriptionem ordinariam rerum immobilium requiruntur 10. anni inter præſentes, & 20. inter abſentes. Ad præſcriptionem rerum mobilium requiruntur tres anni, inter præſentes, & quatuor inter abſentes, tam respectu particularis hominis, quam Ecclesiæ; excepta Romana, contra quam five in rebus mobilibus, five in immobilibus non præſcribitur nisi post 100. annos. Contra alias Ecclesias, Hospitalia, aut pias causas in rebus immobilibus præſcribi non potest, nisi per 30. annos inter præſentes, & 40. inter abſentes. num. 104. Contra pupillum quando pupillus est, nulla datur præſcriptio, quocunque tempore, five in rebus mobilibus, five in immobilibus. Contra minorem requiritur, & sufficit tempus extraordinarium, scilicet 30. annorum inter præſentes, & 40. inter abſentes. Contra civitatem in bonis ei le-

gatis, donatis, vel venditis non potest præſcribi nisi per 100. annos. Quibusdam Collegiis, & Monasteriis concessum est, ut non possit contra ea præſcribi, nisi per 60. annos in rebus immobilibus. n. 105.

20. Ad præſcriptionem denique requiritur continuatio possessionis, cum bona fide toto tempore a lege præfixo. Si ante temporis consummationem habeatur certa scientia, rem esse alienam, interrumpitur bona fides per malam contrariam, nec amplius currit præſcriptio. Idem dicendum si possessio amittatur: similiter si possessori lis moveatur; sed si actor litem deserat, vel succumbat, non censetur interrupta præſcriptio. Etiam per dormitionem, præſcriptio cursum suum interrumpere censetur: tunc autem dormire dicitur, quando aliquod iustest impedimentum, ut si tempore bellis non dicatur, aut tempore pestis: si Ecclesia careat Pastore: aut si is contra quem præſcribitur, agere non possit: Quibus sublati impedimenti quasi expergeta, denuo currit, & cum prior tempore continuatur. Tract. 12. cap. 2. nu. 106. Si possessor bonæ fidei rem transferat in alium, qui similiter bona fide possideat, potest hic secundus uti temporis accessione antecessoris sui, & utroque tempore computato præſcribere. num. 107. Nulla valet abique bona fide præſcriptio, five Canonica, five Civilis: ideo oportet ut qui præſcribit, in nulla temporis ad præſcribendum requisiti parte habeat rei alienæ conscientiam. Sola autem præſcriptio obstat illa mala fides, quæ est peccatum mortale. n. 108. 109.

21. Qui legitime præſcripsit, verum dominium acquisivit; nec in conscientia tenetur aliquid priori domino restituere, licet transiitio tempore præſcriptionis rem alienam fuisse cognoscat; nisi prior dominus per judicem restitutus in integrum: five agatur de mobilibus, five de immobilibus præſcriptione: five domini utilis five directi: five dominus fuerit negligens in re sua recuperanda, five non fuerit. Tract. 12. cap. 2. nu.

110. 111. Restitutio in integrum conceditur Minoribus, Ecclesiis, Hospitalibus, Monasteriis, aliisque piis causis, etiam si fuerint negligentes in impedienda præscriptione. Hoc beneficium durat quadriennio, computando a die præscriptionis completæ, & a Minoribus &c. cognitæ. Majoribus autem conceditur hoc beneficium in præscriptione decem, vel 20. annorum, dummodo probent se non fuisse negligentes in impedienda præscriptione. num. 112. Qui prudenter, vel rationabiliter dubitat, an res sit sua, inchoare non potest præscriptionem; illam tamen continuare potest, dummodo debitam non omiserit diligentiam in inquirenda veritate. n. 113.

22. Certum est ignorantiam inculpabilem (nam ignorantia graviter culpabilis, siue facti non compatitur cum bona fide,) facti non impedire præscriptionem. Probabile est, etiam ignorantiam inculpabilem juris clari, & certi non impedire præscriptionem, saltem in foro conscientia. Tract. 12. cap. 2. num. 118. Hæres immediatus, Iatro-nis bona fide succedens in defuncti hæreditate, non potest præscribere tempore ordinario, sed tantum extraordinario 30. vel 40. annorum: poterit tamen cum bona fide tempore ordinario præscribere fructus. Hæres hæredis, si bona fide procedat, potest ordinario tempore præscribere, non solum fructus, sed & ipsam rem. num. 119. 121. Qui titulo legati, donationis, emptionis, vel alio, (excepto hæreditario,) rem accipit bona fide a possessore malæ fidei, potest tempore ordinario præscribere; non tamen uti potest temporis accessione; Si res sit immobilis, & is contra quem præscribitur, ignorat eam ab alio possideri, requiritur tempus 30. annorum: si autem sciat, & non se opponat, tempore ordinario præscribitur. Quando res furtive, aut violenter occupata fuit, non potest ab emptore, vel legatario bona fide præscribi, nisi spatium 30. annorum; at si transeat ad alium, ille poterit bona fide tempore ordinario præscribere. n. 122.

## S. IV.

*Quarum rerum dominium habent filii; sub patria potestate constituti.*

23. *Patria potestas est illud jus quod habet pater in filiis, & eorum bona.* Non est ex jure naturali, aut divino, sed ex jure civili, cui derogari potest per consuetudinem. Tres habet effectus: 1. Quod ratione illius habet pater dominium, ac proprietatem, & usufructum in peculio filii profectio, & usufructum in adventitio. 2. Quod pater in castris obsequii potest impune, (illicite tamen) filium edere, ne fame pereat. 3. Quod potest pater filium vendere, vel opprobriare, nisi sit in Sacris constitutus, propter famis necessitatem, cui aliter consulere nequit. Tract. 12. cap. 2. nu. 124. Nec mater in filios, nec avi ex linea materna in nepotes habent patriam potestatem. Avi ex linea paterna habent sub Patria potestate nepotes natos, & existentes horum patre sub patria potestate. Omnes filii legitimi sunt sub patria potestate, & etiam filii adoptivi adoptione perfecta, nempe per arrogationem, auctoritate judicis accedente: secus filii illegitimi nisi legitimentur per subsequens matrimonium. Legitimati per rescriptum Principis, non sunt sub patria potestate, nisi accedente consensu legitimati. num. 125. Per quamcunque ætatem non liberantur filii a patria potestate. Liberatur filius a patria potestate: primo per emancipationem coram iudice factam, ex patris, si ique consensu; secundo per mortem naturalem, vel civilem patris. Censetur autem mors civilis: perpetua relegatio in locum determinatum: perpetuus carcer: damnatio perpetua ad laborandum in operibus Regis; publicatio bonorum ob aliquod crimen; si tamen indulgentia Principis restituatur, redit patria potestas sicut antea, & a fortiori si pater naturaliter mortuus miraculose resurgat, iterum patria gaudet potestate. Censetur tandem mors civilis professio Religiosa, Solvi-

tur etiam patria potestas, per professionem Religiosam filii: item si filius obtineat aliquam magnam dignitatem, ut si fiat Episcopus, Cardinalis, Præfectus urbis capitalis, Confiliaris Regis, Magister militum. n. 128.

24. Bona filiorumfamilias sunt in quaduplici differentia, scilicet: castrisia, quali castrisia, adventitia, & profectitia. Castrisia sunt, quæ ratione belli conveniunt filio, ut stipendium, præmium, præda, hæreditas occasione militiæ relicta, mobilia a quocunque donata filio eunti ad bellum. Inter bona castrisia computantur etiam acquisita, ratione officii necessarii ad bellum, vel acquisita in palatio Regio, vel obsequio Principis, vel alterius similis personæ, & denique quocunque modo acquisita peculio castrisia. Tract. 12. cap. 2. nu. 129. Bona quasi castrisia sunt quæ filius acquirit ratione officii publici, v. g. Advocati, Tabellionis, Medici, Procuratoris, Lectoris quocunque facultatis, executoris artium liberalium, sciet talia bona habeat non ex publico stipendio, sed a privatis pro exercitio talium munerum ea recipiat. Item quocunque filio ab Imperatore, Imperatrice, Rege, Regina, aut Principe donantur. Similiter quicquid filio legatur, vel datur, ut sit tanquam castrisia: ac denique omnia bona, ratione officii Ecclesiastici acquisita; & quæ filius Clericali privilegio gaudens quomodolibet acquirit, etiam si alias essent adventitia. num. 130. 131. Adventitia dicuntur quocunque bona, quæ cum non sint castrisia; aut quasi castrisia, adveniunt filio non a patre, vel intuitu illius, sed vel jure hæreditatis aut legati, vel ratione laboris, industriae, legationis, negotiationis, vel casu inventa: item quæ ex matris, aut avorum, maternorum successione acquirit; & etiam quæ ab avis paternis, de tertio & quarto bonorum, filio relinquuntur; & denique quæ a Patre donantur filio in remunerationem meritorum. num. 132. Bona profectitia sunt quæ a patre in filium proficiuntur, vel immediate, & primario intuitu patris, ejusque occasione filio con-

ceduntur, dum est sub patria potestate, exceptis quæ juxta prædicta ad castrisia, vel quasi castrisia, aut adventitia pertinent, & inter ea computantur. n. 133.

25. Bonorum castrisium, aut quasi castrisium, filius etiam dum est sub patria potestate habet plenum dominium utile, & directum; & sic non solum proprietatem sed etiam usufructum, & administrationem, eaque distrahere potest quocunque modo voluerit. Ante pubertatem tamen horum bonorum administratio est apud patrem, vel tutorem, & sine eorum consensu ea alienare non potest. Tract. 12. cap. 2. num. 134. Bonorum adventitiorum habet filius dominium directum, seu proprietatem, non vero usufructum, vel administrationem, quæ est apud patrem; exceptis aliquibus casibus; ut si pater cedat filio usufructum, & tunc filius non tenetur cum computare in partitione legitima: cum aliis fratribus: si filio aliquid donetur, vel testamento relinquatur, cum hac conditione, quod ipse, non pater habeat usufructum, nisi illius rei sit hæres necessarius, (quia tunc nequit testator patrem privare jure suo) si filio aliquid donetur renuente patre: & in quibusdam aliis casibus, quos apud Doctores videre licet. num. 135. Bonorum profectorum habet pater plenum dominium, idest proprietatem, & administrationem, ac usufructum. Unde si ex his aliquid filius detrahat, peccat juxta gravitatem materiae, & tenetur restituere, vel in partitionem adducere. Excipit Patrimonium constitutum filio a patre, pro Sacris Ordinibus recipiendis, vel constitutum filio, aut filia pro matrimonio contrahendo; quia licet profectitium sit in hoc sensu, quod cum aliis fratribus adducendum sit ad partitionem, ejus tamen dominium, usufructus, & administratio est apud filium etiam vivente patre, nec fructus illius adducendi sunt in partitionem. n. 136.

## S. V.

*De Dominio quod apud Ecclesiasticos reperiri potest.*

26. Tria sunt genera bonorum, quæ in Ecclesiasticis considerari possunt: Patrimonialia, quasi patrimonialia, & mere Ecclesiastica. Patrimonialia sunt, quæ Ecclesiasticis successione obveniunt; vel ab ipsis labore, industria, aliove modo sunt comparata. Quasi patrimonialia sunt, quæ Clericus acquirit ob ministerium aliquod Ecclesiasticum, seculo beneficio: v. gr. stipendia pro Missis, pro Prædicatione, pro administratione Sacramentorum, &c. etiam hæc ex obligatione exerceat. Mere Ecclesiastica sunt, quæ ex beneficio percipiuntur, ut annui redditus ex decimis, Capellania, aliique piis legatis beneficio annexis. Tract. 12. cap. 2. num. 137. De bonis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus habet Ecclesiasticus absolutum dominium, liberamque dispositionem, eaque distrahere, expendere, ac de iis testari potest, sicut quilibet secularis de suis bonis disponere potest. num. 138. Si beneficiarius ex dictis bonis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus in suam congruam sustentationem, aut in pia opera aliquid expenderit, poterit ex fructibus beneficii sibi tantumdem compensare, & in quod voluerit, expendere. num. 139. Distributiones quotidianæ, quæ ob assistentiam in choro Canonicis, aliique Ecclesiasticis dantur, inter bona quasi patrimonialia, juxta probabiliorem sententiam computantur, licet deducantur ex fructibus Præbendæ, vel Beneficii, etiam si in his omnes fructus beneficii consistant; quia dantur propter assistentiam, & diurnum laborem; & sic transeunt in liberam Ecclesiastici dispositionem. n. 140.

27. Beneficiarius tenetur sub peccato mortali distribuere inter pauperes omnia bona, quæ ex fructibus beneficii superfluent suæ congruæ sustentationi, siue Canonicus sit, siue alius Beneficiarius,

siue etiam Episcopus, Cardinalis; vel Papa: qui omnes mortaliter peccant contra jus positivum, & naturale, si ea in magna quantitate in usus non pios, seu in usus profanos expendant. Tract. 12. cap. 2. num. 141. Quæ autem censenda sit magna quantitas sufficiens ad mortale, arbitrio prudentum, considerata fructuum superabundantia, aliique circumstantiis, relinquuntur judicandum. Certum tamen est majorem quantitatem in his quam in furto ad mortale requiri. num. 142. Qui ab Ecclesiastico bona Ecclesiastica dilapidante, & beneficii fructus male expendente recipit, ut amicus, consanguineus &c. non peccat, si nec petit, nec inducit ad donandum. num. 143. Nomine pauperum veniunt non solum ostiatim mendicantes, sed & omnes alii, qui carent necessariis ad sustentationem sui status, juxta qualitatem, & conditionem personæ; unde etiam Comites, & Marchiones aliquando possunt esse capaces, quibus ex redditibus Ecclesiasticis superfluis, Clericus amicus, aut consanguineus succurrat. Etiam nomine pauperum veniunt consanguinei, si juxta sui status conditionem indigeant. Item nomine pauperum veniunt quæcumque alia opera pia. Congruentius quidem inter pauperes loci, in quo quis beneficio gaudet talia bona distribuenda sunt: at præcisè extrema & gravi necessitate, etiam pauperes aliorum locorum poterit sublevare: & si id cedat in majus bonum, etiam convenienter erit, ut si agatur de fundatione Hospitalis, Collegii, aut Monasterii in alio loco. n. 144.

28. Nomine beneficii, cujus fructus superflui debent in pia opera expendi, non veniunt pensiones pæ laicales; quæ scilicet ob titulum mere secularium conferuntur, v. gr. militibus, equitibus, aut Principibus ob obsequia ab iis, vel eorum parentibus Ecclesie præstita, vel præstantia; & idem dicendum de aliis, quæ dantur Clericis non ut talibus; sed ob aliquod munus temporale v. g. Cantoris, Procuratoris, Advocati &c. in stipendium, & mercedem laboris; propter quod

## CAPUT III.

*De restitutione.*

quod inter quasi patrimonialia computantur: bene vero omnes alia pensiones Ecclesiasticæ cum titulo, vel sine titulo Clericis collata. Tract. 2. cap. 2. n. 146. 147. Congruæ sustentationis nomine comprehenditur quidquid ad sui, suæque familie honestam, & decentem sustentationem requiritur, attentis beneficii qualitate, personarum conditione, varietate temporum, regionum usu, & timoratorum praxi: in quibus omnibus potest dari infimum, medium, & summum, sicut in mercibus; & quamvis melius sit medium tenere, poterit tamen licite ad summum illius status pertingere. n. 148.

29. Attenta personarum conditione, Episcopus potest plus in suam familiam, ostentationem, & splendorem infundere quam Decanus; & hic plerumque Canonicis particularis. Attenta beneficii qualitate, qui ditior gaudet beneficio, plus etiam potest in sui sustentationem infundere. In hac congrua sustentatione clauduntur etiam aliqua moderata convivia, quæ amicis, & consanguineis sunt, & aliquæ moderatæ donationes liberales statui convenientes, pro qualitate beneficii. Tract. 12. cap. 2. n. 148. 149. Poterit etiam consanguineis aliqua donare, ut possint ita honeste vivere, quod non sit beneficiario dedecus eos propinquos habere. Poterit etiam filios illegitimos, etiam spurios si quos habuerit, (quod absit,) ex redditibus beneficii alere, & dotem filia spuria convenientem assignare, minorem tamen quam pro legitima. num. 149. 150. Denique quo beneficiarius fuerit nobilior, & doctior, eo plura assignanda sunt illi pro sustentatione decenti, intra limites tamen Christianæ modestiæ, & minus quam infunderet ex patrimonialibus bonis. nu. 151. Modo Ecclesiastici sunt vere domini fructuum beneficii: quare si, quæ superfluent suæ congruæ sustentationi, in usus profanos convertant, licet ut supra dictum est, mortaliter peccent, non tamen contra justitiam, nec ad restitutionem tenentur. n. 154. 155.

30. Restitutio est actus justitiæ commutativæ, quo damnum proximo irrogatum reparatur. Tract. 13. cap. 1. num. 2. Præcipitur jure naturali, divino positivo, & humano. Verus est præceptum restitutionis esse secundum rem negativum, quo prohibetur rei alienæ injusta detentio. nu. 3. Ex duplici radice oritur obligatio restitutionis: ex injusta acceptione, & ex re aliena. Nomine injustæ acceptationis venit etiam injusta detentio; licet enim morosus rei alienæ detentor, in foro externo non puniatur ut fur, nec incurrat excommunicationem, aut reservationi subjaceat, pro furto impostæ si quæ sint; in foro tamen conscientia, & apud Deum fur est. Venit insuper nomine injustæ acceptationis, quæcumque hæsis, & quodcumque peccatum contra justitiam commutativam, damno secuto. Nomine rei alienæ intelligitur etiam quidquid alteri ex justitia debetur, ut ex legato, promissione, aliove contractu: nec non & usus ipsius rei alienæ; ideoque si commodatarius, depositarius, conductor &c. sine domini expressio, vel præsumpto consensu, ultra tempus præfixum re utatur, quasi furtum committit. Similiter si dominus rei usum, injuste auferat ab habente illum. n. 6. & Tract. 13. cap. 5. n. 2. Proximo damnum inferitur vel per actiones injustas directe ad illud tendentes, ut sunt furtum, rapina, adulterium &c.; vel per actiones, ex quibus propter omissionem debet diligentem in custodienda re aliena, vel præcavendis alienis malis, indirecte sequitur damnum alterius. Tract. 13. cap. 1. num. 7. De quibus omnibus; (exceptis quæ ad restitutionem pro adulterio &c. spectant, de quibus alibi,) erit sermo.